VITA SCHOLASTICA

Published @ 2017 Trieste Publishing Pty Ltd

ISBN 9780649730049

Vita Scholastica by Jean Pierre Rossignol

Except for use in any review, the reproduction or utilisation of this work in whole or in part in any form by any electronic, mechanical or other means, now known or hereafter invented, including xerography, photocopying and recording, or in any information storage or retrieval system, is forbidden without the permission of the publisher, Trieste Publishing Pty Ltd, PO Box 1576 Collingwood, Victoria 3066 Australia.

All rights reserved.

Edited by Trieste Publishing Pty Ltd.
Cover @ 2017

This book is sold subject to the condition that it shall not, by way of trade or otherwise, be lent, re-sold, hired out, or otherwise circulated without the publisher's prior consent in any form or binding or cover other than that in which it is published and without a similar condition including this condition being imposed on the subsequent purchaser.

www.triestepublishing.com

JEAN PIERRE ROSSIGNOL

VITA SCHOLASTICA

Trieste

VITA

SCHOLASTICA.

Παίζω· μεταβολὰς γὰρ πόνων ἀεὶ φιλῶ.

(EUR Fragm incert. 120.)

LVTETIÆ.

MDCCCXXXVI.

316.

819

IO. FR. BOISSONADE

LITER. GRÆC. PROF. PVBL.
ACADEM. INSCRIPTION. SOCIO
VIRO ELEGANTI INGENIO
OMNI DOCTRINA ORNATISSIMO

STVDIORVM DVCI
ET PRÆCEPTORI OPTIMO

HVNC LIBELLVM VT ΜΝΗΜΟΣΥΝΟΝ
GRATVS AC BENEFICII MEMOR
DISCIPVLVS OFFERT

IOANNES PETRVS ROSSIGNOL.

LIBER PRIMUS.

—

Gymnasii muros intra captiva juventus
Quam ducat vitam, totus dum labitur annus,
Ut somnum studio, lususque labore rependat,
Et quibus accumbat mensis, hoc carmine dicam.

Vos, o Pieriæ, vestro si munere, Nymphæ,
Ingenuas homines vitam excoluere per artes,
Ferte pedem, inceptumque una decurrite carmen:
Munera vestra cano. Doctisque Sororibus ipse
Addite jampridem, Pindoque potentia magna,
Cui faciles afflans versus, concessit Apollo
Pascua, rura, duces canere, o ter magne poeta!
Votis, ipse deus, jam nunc assuesce vocari,
Et nostro, Culicis non immemor, annue cœpto.

Purpureo nondum roseos Aurora colores
Explicuit cælo, constantque silentia late.
Gens puerilis adhuc somni communia carpit
Munera; sed varii quot versant corpora sensus!
Molliter hic risu diducit labra sereno;
Ille ciet fletus; palmas hic tendit amicas,
Heu! forsan vana deceptus imagine matris.

Avertit vultus, refugitque exterritus ille :
Ignotas facies videt, et simulacra ferarum
Quæ pavitans avidusque fideliter auribus hausit
Vespere, cum quidam narraret nocte volare
Pallentes umbras, larvasque exire sepulcris.
Olli qua fuerit multatus pœna recursat :
Mille hærent versus infixi pectore, mille
Quos una, dirum fenus ! pro voce pependit :
Optat ut exactor tellure voretur acerbus,
Devotumque caput frangatur fulminis ictu,
Atque affixa cuti puerorum hæc semper hirudo
Natales tandem Stygis excutiatur in undas.
Quæ, puer imprudens, quæ sic, incaute, precaris !
Illius arrectas heu si referantur ad aures !
Altus at innocuam puero puerique magistro
Infundit pariter somnus per membra quietem.
Est qui cum canibus silvas lucosque sonantes
Nunc lustrare sibi visus, clamoribus urget